



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

75 Causae in prima instantia ratione celebrati contractus coram Ordinarijs  
locorum, quae non cognoscantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

tiones non sit diffinita, clero biennio non habet locum appellatio, ut per eandem sacram congreg. super eo cap. 20. fuit declaratum, in §. an hoc decretum quo.

Excipiuntur tamen primò adicta regulæ omnes † causæ, quæ juxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabili que causa judicaverit P'pa per speciale rescriptum manu sua propria subscribendum committere, aut avocare, ut per concil. Trid. eod. c. 20 §. ab his excipiatur.

Secundò, quando per † Breve Aposto-  
74 licum capitur possessio beneficij, & aliqui volunt illius executionem impedire, tunc etiam in prima instantia potest causa in Romana curia tractari, quia Auditor Cameræ similium causarum est judex competens: congreg. conc. super eo. cap. 20. in decis. sub tit. Vtixbonen.

Tertiò, ratione celebrati † contractus,  
75 & etiam delicti commissi, quia concilium non iustulit modos legitimos, quibus quis ex juris communis dispositione sortitur forum ea. congreg. conc. super eod. cap. 20. §. congregatio censuit. ratione enim contractus, vigore obligationis cameralis, si quis in Romana curia obligatur, undecunque veniat, & sit oriundus, sortitur forum

curiæ Romanæ, in qua contractus celebra-  
tur. Galel. in tract. ad form. obligat. cam.  
ad 3 par. oblig. q. 2. num. 2. & 3.

76 Quartò excipiuntur † causæ beneficiales, in quibus tractatur de beneficiis affec-  
tis, vel reservatis, quæ etiam in Romana curia in prima instantia introducuntur, &  
cognoscuntur, ut per eandem congrega-  
tionem super eod. cap. 20. fuit decisum.  
in §. quod si vel de effectu. Et quemadmo-  
dum beneficia sunt Sedi Apostolicæ reser-  
vata, vel affecta, ita quod inferiores colla-  
77tores illa conferre non possunt, cum † re-  
servatio titulum inficiat, & possessionem  
propterdecreturn irritans illi annexū. Put.  
decis. 197. lib. 3. num. 3. & Rota decis.  
1. num. 6 de restit. spol. in antiquior. ita  
nec inferiores causas, in quibus agitur de  
collatione Apostolica, nisi de partiu in con-  
fensi cognoscere valent, quia apud Sedem  
Apostolicam, quæ beneficia confert, cau-  
sa est cognoscenda, & reservatio benefi-  
ciorum operatur etiam reservationem  
causarum quæ sequitur reservationem be-  
neficiarum congregation. concil. dicto §.  
quod si, quia qui unum dicit, &  
omnia dicit, quæ sequuntur ex illo,  
gloss. in cap. quo jure. in ver. dicere.  
2. dist.

## DE POTESTATE IVRIS DICT. DE- legatæ. Cap. II.

S V M M A R I V M.

- 1. Iurisdictio delegata est duplex: à jure,  
vel ab humine.
- 2. Episcopi: vigore delegationis Pape in for-  
ma dignum, quomodo beneficia Sedi
- postolicae reservata conferant.
- 3. Mandata de providendo varijs modis olim  
concedebantur.
- 4. Mandatum de providendo non habet vim  
provi-

Aa

